

Series Capitum Libri IV. Variar. Resol.

VII. Utrum pensio sit remittenda in- quillino migranti è domo ante tempus contractu præscriptum , propter lemures , sive phantasmata. pag. 209	XIV. De libris sacris , sive canonicis. 241
VIII. Dicis causâ vel gratiâ quid si- gnificer. 214	XV. De quatuor primis generalibus Conciliorum. 266
VII. De urbe Nilibe , & utrum eadem fuerit ac illa quæ postea Antiochia dicta est. 212	XVI. De libris hagiographis. 274
VIII. Dicis causâ vel gratiâ quid si- gnificer. 214	XVII. De libris apocryphis. 288
IX. De Sarracenorum nomine & origi- ne. 218	XVIII. De chronologia quæ est in procemio Partitarum. 303
X. De creatione quæ in institutio- nibus & aditionibus hereditatum quondam solenniter adhibebatur. 220	XIX. De festorum observatione. 310
XI. De emendatione & intellectu ca- pitis <i>De neptis</i> , 31. quæst. 2. 222	XX. De Jejuniorum Ecclesiastico- rum institutione & observantia. 324
XII. De interpretatione capitis <i>Julia-</i> <i>nus</i> 94. II. q. 3. 226	XXI. De dispensatione per rescriptum Principis. 340
XII. De authoritate & intellectu ca- pitis <i>Anastasius</i> , 19. dist. 236	XXII. Verbum <i>Misæ</i> , an vox Latina , Greca , vel Hebraica sit. 352
	XXIII. De purgatione vulgari. 356
	XXIV. De Tribunorum Romanorum origine , muneribus & dignitate , ad legem <i>Officium</i> . §. ult. f. de re milit. 360


A D L E C T O R E M B E N E V O L U M P RÆFAT I O.

RÆIVERE non ita pridem Additiones aliquot ad Illustrissimi Segobiensis Præsulis D. Didaci Covarruvias priores Variarum Resolutionum libros , quas benignæ acceptio[n]is tuae exploratorias præmisserat Author acutissimus ac peritissimus , ut ipsemet alias præfatus est , quæ cum felici exitu lucem publicam viderint , auctioresque & ampliores ad eadem Illustrissimi Præsulis Opera , priusquam ad Goatemalense Prætorium primarios inter Judices sessurus transmearet idemmet Author conscriperit , diutiū eas delitescere passi non sumus : Scientia quippe invisa , & Thesaurus absconditus , quæ utilitas in utrisque ? Ecce ergo , LECTOR BENEVOLE , Novas Observaciones & Notas ad posteriores Variarum Resolutionum Libros , & Practicas ejusdem Segobiensis Præsulis Quæstiones tibi exhibemus , quibus publici juris faciendis , utilitatis tuae potissimum cupidi , tum ut quam fieri posset emendatissimæ prodirent , typisque tertiioribus ederentur , impensas lubentes ultroque suppeditavimus , pergratum tibi fore sperantes animi nostri candorem , curaque nostras benignè ab omnibus Juris studiosis excipiendas , aliquibus saltem profuturas.

D. DIDACI



I D. DIDACI YBANNEZ DE FARIA, NOVÆ ADDITIONES ET OBSERVATIONES AD D.D. COVARUVIAS VARIAS RESOLUTIONES.



Ad Libri III. Caput. I.

SUMMARIUM.

- 1 *Verbum Usura* , multifariam accipitur , quæ & fœnus , nuncupari solet.
- 2 *Usura definitio* , prout quesitum per fœnus si-
gnificat.
- 3 Furtum verbum dupliciter usurpatur.
- 4 *Idem* est de verbo Hæresis.
- 5 *Hæresis definitio*.
- 6 *Hæreticus nequit effici* , qui *Fidem non professus*
est per Baptisma.
- 7 *Cathecumenus propter hæresim non punitur* : &
quid de similibus.
- 8 *Ad hæresim formalem quæ concurrere debeant*,
remissive.
- 9 *Verbi hæresis* , etymologia.
- 10 *Hæresis verbum Catholicis turpe* , ac detestabile ,
licet per se indifferens.
- 11 *Hæreticus propriè quis censuretur* , remissive.
- 12 *Hæreticus mentalis num penas criminis sustine-*
re debat ?
- 13 *Hæresis dividitur in formalem & materialem*.
- 14 *Usura criminis definitio* , & num. 15.
- 15 *Lapsus definitum usuram notatur*.
- 16 *Ujura non est* , ratione mutui deducere in pa-
tum , quod alias est ex justitia mutuatarius
præstare , aut agere tenebatur mutuanti.
- 17 *Ujura* non est , ratione mutui deducere in pa-
tum , quod alias est ex justitia mutuatarius
præstare , aut agere tenebatur mutuanti.
- 18 *Utrum fas sit pacisci* , ut mutuarius in fu-
turem teneatur simile beneficium creditorri
egenti conferre ?
- 19 *An licet pecuniam credere ea conditione* , ut
mutuarius invicem illico vinum , vel fru-
mentum remutuet creditori ?
- 20 *Ujura num sit convenire* , ut mutuarius tenea-
tur emere à creditore , triticum ad ejus molen-
dium deferre , & similia facere ?
- 21 *Non licet mutui causâ ultra sortem exigere ex*
gratitudine.
- 22 *Licet creditor accipere ultra sortem aliquid ratio-*
ne damni emergentis , aut lucri cessantis.
- 23 *Interesse alterius interesse an exigi possit* ?
- 24 *Amicitiam in pactum deducere propter mutuum*
an liceat ?
- 25 *Usura sine mutuo non datur*.
- 26 *Usura non committitur cum pecunia traditur*
ad ostentationem , preto recepto locationis ex
contractu.
- 27 *Gener qui pignus frugiferum pro pignore acce-*
pit , fructus non computat in sortem : quod
regulariter in aliis creditoribus fecus est.
- 28 *Maritus uti potest re pignorata pro dote* , quod
aliis non licet creditoribus , & num. 29.
- 29 *Utrum cessionarius mariti teneatur fructus in sor-*
tem imputare ? & num. 31.
- 30 *Si maritus pignus acceptum pignori dederit* , ad
quem fructus ex illo percepti pertineant ? &
num. 33.
- 31 *Capitis Salubriter , de usur. intellectus traditur* ,
& num. seq.
- 32 *Maritus exigere potest post moram usuras dotis*
propter onera matrimonii.
- 33 *Intellectus ad dictum caput Salubriter , ex D.*
Covar. & num. 39.
- 34 *Constitutio dicti capitis Salubriter , procedit etiam*
in extraneo dotis promissore.
- 35 *Dotis favore maritus lucratur fructus pignoris*,
nulla praecedente conventione.
- 36 *Maritus an faciat suos fructus omnes ex pignore* ,
vel eos qui sumptibus matrimonii respondent ?
& num. seq.
- 37 *Maritus an valeat exigere prater fructus pi-*
gnoris

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Novæ Additiones ad D. Covarruvias

- gnoris interesse lucri cessantis, & damni emergentis?
- 45 Marito licet annuam quantitatem stipulari, quan-
dius non solvatur.
- 47 Utrum excedere possit quantitas onera matrimo-
niū? & num. 48.
- 49 Ampliatur conclusio, et si maritus tempus con-
cedat ad solutionem dotis.
- 50 Maritus an possit fructus pignoris lucrari, si
promisor dotis dixerit, se pignus tradere pro
securitate.
- 51 Utrum valeat renuntiare capiti Salubriter, de
usur. & num. seq.
- 55 Soluto matrimonio an sit locus decisioni dicti capi-
ti Salubriter, & num. seq.
- 58 Quid si pactum interveniat de fructibus non
imputandis?
- 59 Quid de annua quantitate promissa, dum non
solvitur dos.
- 60 Vidua secundo nubente, non recepta dore promissa
an maritus valeat fructus pignoris lucrari?
- 61 Conjugibus per divorcium separatis quando fructus
imputantur in sortem ex pignore percepti.
- 62 Vidua potest stipulari ab herede viri annuam quan-
titatem, donec dotem restituat, ratione dam-
ni emergentis, vel lucri cessantis.
- 63 Vidua quando possit alimenta, vel annuam quan-
titatem exigere à mariti herede, dum dotem
non solvit, cum seqq. & n. 72.
- 66 Vidua que censeatur pauper, ut ei alimenta de-
beantur, remissive: & cui incumbat onus pro-
bandi paupertatem, vel divitias, ibid.
- Heredes mariti an solvendo statim mobilia dotis
eximantur à solutione alimentorum? ibid.
- 67 Utrum possint interusurum detrahere, si ante an-
num pecuniam dotailem exsolverint?
- 68 Fructus mobilium intra annum percepti cum ali-
mentis viduae exhibitis compensantur, & re-
siduum an per heredes restituendum? & n. 69.
- 70 Ex hereditate jacente alimenta praestanda sunt vi-
duae pauperi intra annum.
- 71 Statutum valet, quo viduae certa tributatur quan-
titas per mariti heredem solvenda, donec dos
restituatur.
- 73 Quid in Hispania observetur de consuetudine?
- 74 Statutum, aut consuetudo an valeat, ut viduis
annua quantitas praestetur donec solvatur dos,
& num. 75.
- 76 Statutum, consuetudo, ac conventio valet, ut
marito annua quantitas praestetur, donec sol-
vatur dos promissa, & num. 77. & 78.
- 79 Jus lucrandi fructus ex pignore an maritus ce-
dere possit, & num. seq.
- 80 Feudi dominus si illud pignori acceperit, fructus
non tenetur in sortem computare, & num. 91.
- 92 Limitatur, & num. 93. 94. & 95.
- 96 Ratio Hostiensis refellitur.
- 97 Alia ratio rejicitur.
- 98 Dominus proprietatis si à fructuario rem pignori
capiat, fructus computat in sortem.
- 99 Dominus directi dominii an fructus computet in
sortem, si rem emphyteuticam pignori ac-
cepit?
- 100 Heresis est asseverare usuras licite exerceri
posse.
- 101 Usura omni jure vetatur.
- 102 Prohibetur jure divino legis Evangelicae.
- 103 Et jure Pontificio.
- 104 Jure Civili qualiter usura permitterentur.
- 105 Usura Iudeis jure Partitarum quondam per-
missa.
- 106 Utrum Iudeis in lego veteri liceret exteris fa-
nerari, & num. 107. & 108.
- 109 Ab hostibus usuras extorquere num licet?
- 110 Pontifex usuras licitas reddere nequit, sicut nec
in Jure divino dispensare.
- 111 An lex, vel statutum possit usum usurarum li-
cite, aut validè permittere?
- 112 Iudeis non licet fenerari.
- 113 Usura per Principes Christianos Iudeis remit-
ti nequeunt.
- 114 Usura ex ultima voluntate sustineri non de-
bent.
- 115 Quando ex testamento redditus pecuniae legata-
rius valeat exigere, de quo plures causas di-
stinguntur, ad num. 123. & ulterius de eo
agitur usque ad finem.



SURA, verbum æquivocum multi-
pliciter usurpatum. Primo pro usu
cujusque rei: secundo pro aug-
mento, seu accessione rei pro debite
qualibet ex causa: tertio actu, & cri-
mine fenerandi: quartò pro lucro,
quod mutui causâ percipitur. Molin. de iust. & jur.
tract. 2. disp. 303. num. 1. 2. Sot. eod. tract. lib. 6. q. 1. vers.
In capite, Leotard. de usur. quest. 1. num. 1. Uvesembec.
in paratil. ad tit. ff. de usur. Theat. vitæ humanæ
verb. Usura, in princip. Focens pro usura in tertia,
atque quarta acceptatione frequentissime ponitur,
ut sub. tit. de nautic. fœnor, ubi Cujac. Sot. & Theat.
vit. hum. sup. Molin. num. 4. Joan. Bapt. Lup. de
usur. §. 2. num. 2.

Ad Num. 1.

Hæc definitio solum convenit usurae in quarto
significatu, de quo supra Molin. num. 5. 6. & ob-
servabimus infra, num. 16. Sed eam quatenus
crimen fenerandi significat, D. Covar. definit n. 2.
vers. Usura igitur: & vide quæ ibi adnotantur
per me num. 14. 15.

Ibi : Nec esset bona definitio.

Verbum **Furtum**, simile est usurae, quia nedum
surripendi scelus significat, ut in l. 1. §. Furtum,
& alibi passim, ff. de furt. & rubric. Si famili-
furi. feciss. dicat. sed & rem ipsam, quæ furtimi
auferunt, l. 4. ibi, Qui deprehensus est cum furto, ff.
de furt. §. Oblatum, vers. Etiam probit., ibi:
Furtum querere, Instit. de oblig. quæ ex delict.
nasc. Molin. n. 2. Leotard. ubi sup. Unde cum deli-
ctum furandi à re furtiva distinguitur, ut pa-
net, definitio Consulti in d. l. 1. agentis de crimi-
ne, rei surreptæ adaptari nequit, quanvis utrum-
que eodem significetur nomine. Res quidem furti-
væ nihil est aliud, nisi quod domino invito fu-
randi affectu contrectatur.

Ad Num. 2.

Similiter heresis & facinus contra Fidei Ca-
tholicam, & propositionem eidem adversam com-
plectitur. Molin. num. 2. Azeved. in l. 1. num. 23.
tit. 3. lib. 8. Recopil.

Heresis crimen multifariam solet definiri, ut
videret licet apud Farin. de heresi, q. 178. §. 1. à n. 3.
Card. Lugo de virtut. Fid. disp. 20. sect. 1. num. 31.
Cantera

Varias Resolut. Lib. III. Cap. I.

Vers. Hinc sanè deducitur.

Quis propriè, ac formaliter hereticus cense-
tur, disces ex laudatis sup. n. 8. quibus adde Farinac. à. n. 16.

Ait Praef. noster, Qui heresim pronuncia verit, 12
vel asseruit; & in heresim definitione dicitur,
Error assertus. Unde colligitur, hereticum non
censi qui errorem aduersum Fidem mente per-
tinaciter conceperit; sed tamen hunc poenam ex-
communicacionis, & infamie incurere, ac puni-
ri posse, eti jam errore rejecto, crimen per pro-
priam confessionem detegatur, tenent Menoch.
de arbitr. cau. 360. n. 7. Roxas de heret. part. 1. à
num. 233. ac est communis Jurisperitorum, teste
Azeved. in l. 1. n. 152. tit. 3. lib. 8. Recop. Contra-
rium docent communiter Theologi, & ex nostris
Tusch. lit. H. concl. 92. n. 9. Jul. Clar. §. Heresim,
n. 23. & alii apud Azeved. Quam sententiam te-
nendam, & in praxi servandam resolvit Pegna
in addit. ad Roxas, sub. n. 246. Consulas Cante-
ram fuse disputantem in qq. crimin. tit. de quest. tang.
punit. delect. cap. I. ex n. 6.

Ibi: An si heresim accipiamus.

His convenient Theologorum distinctio inter ha-
ereticum formalem, & materiale: nam si proposatio
Fidei contraria ab homine Christiano pertinaciter er-
rante scribatur, vel enunciatur, erit formalis; si
vero per ignorantiam, aut inadvertitiam, erit
materialis: quemadmodum si à Turca, vel alio
infideliter proferatur; aut si scripta, authore ignoto,
reperiatur. Card. Lug. d. disp. 20. sect. 1. n. 1. Pa-
ter Suar. de Fide, disp. 19. sect. 2. n. 2. Haud pau-
ca de heresi scitu perdigia petes à Thear. vitæ hu-
manæ verb. Heresim.

Ibi: His accedit, quod heresos
nomen.

Vox heresim unde deducit, ambiguitur, ut con-
stat ex Theat. vitæ hum. verb. Heresim, in princip.
ubi diversæ traduntur sententia: & omisso quam
probavit lex l. tit. 16. p. 7. etymologia, communi-
ter placet, heresim dictam à Græco verbo heresim,
quod electionem factæ, seu disciplinæ significat.
Card. Lug. sup. sect. 1. n. 2. Card. Tulch. num. 2. Petr.
Gregor. n. 3. Carrer. tract. de heretic. num. 5. Farinac.
num. 41. Azeved. num. 1. Cantera num. 1. Uvesembec.
in paratil. ad tit. C. de heretic. in princip.
Ugolin. de heret. cap. I.

Quod quidem verbum ex se indifferens est, sed
apud nos Catholicæ Fidei professores nunquam in
bonam partem usurpatum, semperque delictum,
ac infamiam denotat; nam cum teneamus reve-
lata à Deo, & per Ecclesiam ad credendum pro-
posita firmiter amplecti, captivantes intellectum
in obsequium Fidei, eumque subjicientes infal-
libilibus Sedis Apostolica definitionibus, nobis
non licet factam ullam eligere, nec à veritate
Fidei Catholicæ deviare: ideo apud nos heresim,
quatenus doctrinæ electionem significat, pro
crimine omnium turpisimo accipitur. Observant
Cardin. Lug. ubi proximè, Simanc. de Catholic.
institut. cap. 30. num. 1. Farinac. de heresi, q. 178.
§. 1. num. 43. Theat. vitæ humanae sup. vers. Her-
esis autem.

D. de Faria Novæ Addit. ad Covarr. Tom. II.

Vers. Usura igitur.

Usura pro crimine fenerandi accepta, est Volun-
tas capienda ultra sortem lucrum aliquod temporale vi-
& causâ mutui principaliter. Hanc D. Covarruv.
definitionem amplectuntur Azeved. in l. 1. n. 11.
tit. 6. lib. 8. Recop. Cantera qq. crim. sub tit. d. quest.
tang. punit. delict. cap. 8. de furti. n. 51. Lessius de
iust. & jur. lib. 2. cap. 20. dubit. 3. n. 22. Molin.
eod. tract. 2. dif. 303. n. 9.

Verum ea definitio, ut ait Lessius referunt ad 15
usuram, que in animo consistit; & ad peccatum,
quod per solum consensum contrahitur: non ta-
men declarat essentiam usurae, quatenus est cri-
men punibile poenis in usurarios stabilitis, ad quod
actus desideratur externus, cum cogitationis penam
nullus sufficiat, l. cogitationis, de pœn. Marescot.
variar. lib. 2. cap. 133. num. 14. de quo sup. n. 12.
ubi de heresi. Nec furtum est voluntas contrecandi-
di, sed ipsa contrectatio rei alienæ, domino invito.
Quapropter. ex Lessio, & Hostiensi in Sum-
mit. de usur. §. 1. usura, prout delictum, ita con-
grue definiiri poterit: *Mutatio expressa, vel impli-
cita pacto, aut intentione capienda lucrum ratione mu-
tui principaliter.* Alias definitiones refert Villal. in
Summ. tract. 22. diffic. 2. n. 2. Felician. de censib. lib.
1. cap. 5. n. 2.

Quamplurimi, tam ex nostris, quam ex Theo-
logis videntur in æquivocum incidisse, quod
D. Covarr. initio hujus capituli prænotavit, usuram
definientes,